



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 13. Dissidium cum Joanne Gastone Magno Etruriæ duce sublatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII. A. C. 1737. ci procuraret. Horum igitur sententia accedens Pontifex concessit, ut omnes Ulyssiponenses Patriarchæ Cardinalitia decorarentur dignitate, et utraque hæc dignitas, si quis adesset Regii sanguinis Principi concederetur addita tamen hac lege, ut id loco nominationum esset, repræsentando scilicet id, quod in singulis comitiis, quibus Regibus facultas est ad Porpuram quemdam nominandi, erat conferendum, ac deinceps Pontifici integra esset ad Regni beneficia nominatio. His utrinque indultis firmatisque Regis animus Pontifici plene reconciliatus videbatur.

§. XIII.

Dissidium cum Joanne Gastone Magno Etruriæ Duce sublatum.

Intercefferat etiam summo Pontifici levis controversia cum Joanne Gastone Magno Etruriæ Duce. Hujus contentions argumentum præbuit electio Episcopi Piscinensis, cum alius motuo Bartholomæo Puccio in ejus loco cum esset subrogandus: Enimvero eodem Duci quatuor, quos ceteris digniores judicaverit, nominare ex antiquo more datum erat, ut ex his unum quem

quem voluerit, Pontifex eligeret. Id quoque cum a Prædecessoribus Papis Cosmæ III. ob singularem in sedem Apostolicam pietatem concessum fuisset, pariter sibi Joannes Gasto a Clemente Papa indulgeri, magnopere contendebat, ac propterea eum, quem sibi acceptissimum habebat, eligi petebat. Nec omnino restitit Pontifex, præcipue sui Prædecessoris exemplo perimotus, obversabantur tamen particulares, eæque graves causæ, ob quas illius, quem Dux commendabat, ratio haberi non potuit: Unde contigit, ut quem ex omnibus Episcopum delegit Pontifex, Dux respuerit, a Duce vero nominatus munus suum abdicare coactus fuerit. Nec tamen propterea Clemens a suo proposito, susceptoque consilio resiliit, sed omnino voluit, ut excluso, quem prius respuebat, nominato, ex integro alii designarentur. Id cum obtinisset, veluti satisfactione accepta, absque omni tergiversatione illum præ ceteris elegit, quem Joannes Gasto sibi commendabat, idque postea perpetuo observatum est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1737.

§. XIV.